

Cap. 3. eod. tit. in 111. Compil.

scil. Roman per excellen- tiam & fel- ju. Infr. de jur. nat. d. diximus.

Plol. 75. Lucæ 9.

Vide Alfon- sum Cast. lib. 2. c. 8. de ju- sta bar. puni- tione. Levit. 4.

Huc spe- ctant tradita per B. Thom. 2. 2. q. 88. art. 8. Exod. 17. & 22. Num. 2. & 8. Deut. 15. Luc. 2. Levit. 25. Exod. 36.

nec. Matth. 15. In anti- q. ita: Non ne- scis quia, &c.

Magna devotionis: Et infra. Cum Trecent. Ecclesia contra libertatem Ecclesiasticam gravaretur, nec per alium quam per Campanie Comitem in ultramarinis partibus constitutum eidem Ecclesie credere posse de facili subveniri, ad ipsum proposuisti accedere: ac in signum peregrinationis & devotionis terrae Orientalis Crucem Dominicam assumpsisti: Et infra. Quamvis autem audita morte ipsius, intentionem tuam conspiceris jam frustratam, noluit tamen sine consilio Apost. Sed. ad propria remeare, sed ingressus urbem intentionis tuae propositum, ac statum Trecent. Ecclesie nobis humiliter expressisti: [Et infra a.] Et quidem tria praecipue duximus in hoc negotio attendenda, quid liceat secundum aequitatem, quid decet secundum honestatem, & quid expediat secundum utilitatem. Sanè non videbatur contra votum licitum, ut venires, cum vox clamet Prophetica: Vovete, & reddite Domino Deo vestro; & primum ad consilium, secundum ad imperium referatur. Sed nec decens videbatur, cum sit scriptum in Evangelio: Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei, &c. Praeterea non videbatur expedire, prout est ablutio tua scandalum posset Laicorum mentibus generari, dicentium, ubi est Deus Clericorum? & hoc exemplo crederent, se ad voti observantiam non teneri. Quod enim agitur a Praetatis, facile trahitur a subditis in exemplum, iuxta quod Dominus inquit ad Moysen in Levitico: Si Sacerdos, qui est unctus, peccaverit, faciet delinquere populum. Verum inter vitia infemicitatis defectus, atque canities, quae vix labores & dolores suos tolerare possunt, in contrarium allegantur, & Ecclesiae Trecent. suspiria, cui vinculo Pastoralis sollicitudinis est ligatus, sine cuius assensu votum peregrinationis emittere forsitan non deberas. Et infra. Ipsum etiam votum, quod ex sui forma sanctum & honestum erat, ex persona vovens minus licitum videbatur. Cum enim iuxta Canonica instituta Clericis, absque sui Episcopi licentia peregrinari non debeat, & Episcopus non minus, imò potius Sed. Apost. sit adstrictus, videri merito poterat, quod absque generali, vel speciali licentia votum peregrinationis, quae tamdiu ablatentur, emittere non deberes: [Et infra b.] Cum igitur in lege veteri, in qua non minus preceptum Domini obligabat, quam votum hodie obliget in Ecclesia, primogenita, qua Domino mandabantur offerri, quaedam Domino redderentur, ut primogenita Levitarum: quaedam redimerentur, ut aliarum Tribuum: quaedam commutarentur in aliud, sicut primogenitus Añni, qui pro ove commutabatur: ex hoc attendentes, quod votum commutari possit in opus aliud pietatis, non curantes, quod eo loquentium iniqua loquatur, dum tamen non recedamus a tramite veritatis, de illius auctoritate securi, qui cum audisset a discipulis: Scis, quia Pharisaei audito hoc verbo scandalizati sunt? respondit, Sinite illos, caeci sunt, & duces caecorum: tibi pro te & famulis tuis licentiam concedimus votum peregrinationis taliter commutare, ut expensas, quas fueras in eundo, morando, & redeundo facturus, alicui Religioso committas in necessarios usus Terrae illius sine deminutione qualibet transferendas: Et infra. Laborem etiam laboribus recompenses, sollicitus instando vigiliis, devotius vacans orationibus, & in jejuniis fortius te exercens. Ad hanc autem indulgentiam tibi faciendam specialiter nos induxit, quod cum pro libertate Trecent. Ecclesiae per dictum Comitem assequenda praecipue votum peregrinationis emiseris, eo sublatò de medio, quia cessavere causa, facilius cessare potuit & effectus.

[a] Nostrium & fratrum nostrorum consilium cum devotione requirens, ven. etiam f. n. Senonen. Archiep. tuus Metropolitanus statum Trecent. Ecclesiae, ac dispendium quod ex absentia tua incurrere poterat, semel & iterum pro suis nobis literis intimavit: propter quod dispoimus deliberare cum fratribus nostris, an cum eadem Trecent. Ecclesia misericordiam faceremus te ad agenda ipsius sollicitudinem remittentes, an sicut ex voto tenearis te iter arreptum perficere poteremus, & utrum horum tam saluti tuae, quam terrae Orientali penitus expediret. [b] Minus etiam votum illud terrae Orientali videtur expediens, quae plus pugnatorum subsidium quam Clericorum, quos & officium & assuetudo reddit imbelles, ministerium articuli necessitate requirit, quamvis orationibus tuis, & aliorum terra illa vehementer indigeat: quia tamen iam impletum est verbum Dei dicentis: Veniet hora, & nunc est, quando nec in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitis Patrem. Spiritus sanctus est Deus; & eos qui adorant eum in spiritu & veritate oportet adorare. Videri poterat quod non minus in Ecclesia tua quam in Orientali terra proficere pias orationibus apud Deum in his quae pro libertate ipsius iuste ac humiliter postularet: & utinam cum Moyses montem posses ascendere, ut te manibus extensis orante Josue pugnans Annalebitus in ore gladii superaret. Credebatur etiam quod terra Orientali magis accederet, si quod in tuis & tuorum Clericorum procuratoribus fueras impetrurus, secundum alicuius Religiosi arbitrium transferretur in subsidium bellatorum.

[c] PITH. Trecenti Episcopo.] Garnero Vincent. 31. 124. Extat integra inter Epistolas Decretales Innocentii III. pag. 49. Vide cap. 25. sup. de Præbend. & Dignitatib.

VIII. IDEM Cantuariensis Archiepiscopo. [c. an. 1213. Româ in Angliam.]

Impedito ad tempus exequi votum ultramarinum conceditur dilatio: perpetuo vero impedito indicitur redemptio in eo, quod magis expediat terrae sanctae.

Quod super his [Et infra a.] Quæsitisti de his, qui pro succursu terrae sanctae signo Crucis assumpto, propter infirmitatem vel pauperatam, vel aliam justam causam votum non possunt utiliter adimplere, cum sine distinctione receperis in mandatis, ut eos, qui signum Crucis assumptum abiecerunt, ad resurrectionem ipsius, & executionem voti compellas. Nos autem inquisitioni tuae taliter respondeo: quod debiles & inopes magis illic in defectum, quam ad profectum accedunt, cum isti pugnare non possint, & illi mendicare cogantur, nisi forte sint nobiles & magnates, qui suis fecum expensis bellatores adducant: vel artifices & agricolae, qui de laboribus suis sibi possint acquirere necessaria, & terrae subsidia ministrare: quamvis non multi talium, propter brevitatem possessio- num, & paucitatem inhabitantium ibi sint opportuni. Unde credimus distinguendum inter illos, qui temporalem, & eos qui perpetuam impedimenti causam creduntur habere: quod primis est indulgentia dilatio, secundis autem est redemptio injungenda, ac rerum facultate pensata, quas possunt, aut quas facturi essent expensas, personarum praeterea compensato labore, in subsidium terrae sanctae transmittant, & sequentes per alios, quod per se nequeunt adimplere. Rursum inter illos, qui pro defensione terrae sanctae votum peregrinationis emittunt, & eos quibus pro satisfactione suorum criminum iter peregrinationis injungitur, credimus distinguendum: quod circa primos plus terra sanctae succursus, & circa secundos plus labor itineris, secundum intentionem vovens vel poenitentis debet attendi. Unde si quis hoc modo votum esse inutilis ad pugnandum, quamvis habilis sit ad eundem, melius est redimere votum, quam expensas consumere: quod & de poenitente, qui propter debilitatem non potest iter injuncta peregrinationis implere, sanè valet intelligi; non autem de illo, qui quamvis sit impotens ad bellandum, potens tamen est ad eundem: [Et infra b.] De mulieribus autem hoc credimus observandum, ut quae remanere noluerint, viros suos sequantur: ceterae vero, nisi forte sint divites, quae secum in suis expensis possint ducere bellatores, votum redimant quod voverunt.

[c] Sed. Apost. consulere voluisti, quorum executio spectat ad officium Pastoralium f. r. in Domino commendamus, sperantes quod per responsionem nostram instructus ea diligentius exequeris. [d] Super his autem diligens est discretio adhibenda, ne quid prece vel pretio, amore vel odio, sive occasione quacumque contra salutem animae, vel utilitatem terrae quomodolibet attentetur. unde per viros religiosos & providos dispensationi hujusmodi volumus providere. [e] PITH. Quod super his. Vide Matth. Paris. 195. 207. 217.

IX. IDEM eadem. [c. an. 1213. Româ in Angliam.]

Votum ultramarinum certis casibus redimi & commutari potest, non tamen per alium quam per Papam, vel cum ipsius speciali mandato. Hoc dicit usque ad §. secundò quæsitivi.

Ex multa tuae sollicitudinis providentia: [Et infra a.] Ex consultatione, quam ad inquisitionem tuam super negotio Cruce signatorum olim edidimus, viam invenisti ad alias quaestiones, & utrum quod in ea dicitur jus constituat generale, ut passim Praetatis quibuslibet illos secundum formam expressam absolvere liceat, qui eorum sunt jurisdictioni committi, sollicitè requisisti. Ad hoc igitur respondemus, quod in consultatione nostra sic editur: & licet ad quales, ad quos tamen specialiter spectet ejus executio, nullatenus explicatur: illis autem summòmodo jus hoc exequendum incumbit, qui super hoc mandatum receperint a Sede Apostolica speciale. Sic ergo illi est inquisitioni responsum, quod consequenter tua fraternitas requisivit, de quibus religiosis intelligendum hoc esset, utrum scilicet ibi religiosis vocentur hi tantum, qui religionis habitum susceperunt, quorum plures idiotae sunt & juris ignari, an Episcopi, qui sicut dignitate praecedunt, sic & religione debent aliis praeminere: nam ad neutros illius executio juris spectat, nisi per Apostolicam Sedem eis specialiter delegetur.

[a] Credimus provenire, quod cum ad consultationes tuas multiplices & frequentes responderemus, quod sentimus, ex responsione nostra novas elicias quaestiones. [b] PITH. Ex multa. Vide Malines. 154. Catalog. test. veritat. 370. Vespereg. 316. Matth. Paris. 702. Habiles ad eundem; sed inhabiles ad pugnandum, si sunt strenui consilio, vel milites bellatores possunt secum ducere, votum ultramarinum non redimunt, hoc dicit Abbas. [c] 1. Secundo quaesivisti, utrum quod dicitur, Si quis votum est inutilis ad pugnandum, quamvis sit habilis ad eundem, melius est ut redimat votum, quamvis consumat expensas, generaliter accipi debeat, ut nobiles & magnates, qui sunt al. etiam.

dictio, istam, deest in v. tustis. & aliter.

Cap. 4. eod. tit. in 111. Compil.

Inquisitioni tuae responde- demus.

h valeant.

De materia hujus §. & cur Clericis & Episcopis pugnare non liceat, vide B. Tho. 2. 2. q. 4. art. 2.

Contius, eundem. Ad- dit in margi- ne aliis, con- siliolum. utrum- que praeter veterum exemplarium fidem.

consilio strenui, & multos secum possunt trahere bellatores, an minores tantummodo verbum hujusmodi comprehendat? Verum si ad superiora oculum tuae considerationis exten- das, questionem istam invenies in serie consultationis nostrae solutam, ubi dicitur, quod debiles & inopes magis in defectum Terrae sanctae, quam ad ejus profectum accedunt, &c. Quamvis possit aliter responderi, quod non sunt inutiles ad pugnandum, qui etsi per se pugnare non possunt, maturitate tamen consilii adesse valent pugnanti- bus, & personae defectum per alios relevare: [Et infra a.]

[a] Tertio quoque loco tuae requisivisti qualiter intelligi debeat, quod de mulieribus subinfertur, ut quae remanere noluerint, sed viros suos sequantur euntes. Ceterae vero non sint divites, quae secum in suis expensis possint ducere bellatores, votum redimant quod voverunt: hoc enim quod ultimo loco dicitur, videtur tantum de votentibus esse dictum. [b] Uxoribus possunt sequi viros ultra mare si volunt, sed non tenentur, nisi ipsa voverint. Hoc dicit Abbas Siculus. [c] 1. Quod autem superius ponitur, mulieres quae remanere noluerint, &c. de illis intelligendum esse videtur, quae se ad peregrinationis propositum nullius voti vinculo attraxerunt: [Et infra a.]

[a] Quod sic esse dubium non existit. Ex eodem quoque verbo dicit videri quibusdam, quod viris liceat in hoc articulo sine uxorum suorum assensu vovere posse, ac per- ficere quod voverint. Ad quod dicimus quod. [b] Viri sine consensu uxorum emittere possunt votum ultra- marinum, Hoc dicit Abbas Siculus. [c] 2. In tanta quoque necessitate populi Christiani, ne Terrae sanctae impediatur subsidium, viri praeter uxorum assensum, hujus peregrinationis propositum vovere libere valent: & quod voverint, libere adimplere. Ut autem con- sentiant, sunt attentius commoneunda.

Clerici tanquam inhabiles ad pugnandum redimunt, votum ultramarinum, nisi in certis casibus, Hoc dicit Abbas Siculus. [d] 3. De Clericis vero duximus respondendum, quod cum Clericatus officium eos reddat inhabiles ad pugnandum, nisi vel consilio strenui, vel officio praedicationis in- ducti, aut Magnatum inter obsequio deputati, aut usque adeo divites fuerint, & potentes, ut in expensis suis ali- quos secum ducere valeant bellatores: magis ab eis expe- dit redemptioem accipere, quam ad votum illos cogere prosequendum, si necessitas exigit, vel utilitas persuadet. Haec autem de votentibus dicimus, non de his, quibus labor peregrinationis in poenitentia est injunctus.

X. IDEM. [c. an. 1213. Româ.]

Qui vovit religionem ingredi, si voto non completo fiat Episcopus renuciare debet, & votum implere. Sic communitur summatur.

Per tuas nobis literas intimasti te in Gratianopolitana Ecclesia suscipiendi habitum regularem votum solemniter emisse, & postea promississe in manibus Praetati ejusdem Ecclesiae te intra duos menses postquam ab Apostolica Sede redisset, votum quod mensis impleretur. Cumque ter- mino ipso transacto non curasses, quod voveras, adimple- re, tandem existens voti transgressor, vocatus fuisti ad reg- imen Ecclesiae Gebennensis: Et infra. Nos igitur tuae dif- cretionis consilium, ut si tuam sanare desideras conscien- tiam, regimem regnes Ecclesiae memoratae, ac reddas ali- ssumo vota tua. Quod si Capitulum Geben. Ecclesiae te post- modum Canonicè duxerit eligendum, electionem recipere poteris de te factam. [c] PITH. Per tuas nobis. Vide Vincent. 30. 147.

XI. HONORIUS III. Haresben. & Ben- gadi. Praepositis. [c. an. 1226. Româ.]

Praetate etiam professus potest votum ultramarinum emi- ttere, & in suis usibus vigintiann proventuum Ecclesiae convertere.

Potulatis a nobis, an vobis professis ordinem regula- rem, quorum alter cruce signatus est, & reliquis char- actere crucis desiderat insigniri, liceat vigelimum proven- tum Ecclesiarum vestrarum deputatum succursui Terrae sanctae, deferre vobiscum: [Et infra a.] Discretionis veltre taliter respondemus, quod si Ecclesiae veltre per absentiam vestram enormiter non ladanatur, & vos utiles fueritis Terrae sanctae verbo pariter & exemplo, quod conscientia veltre duximus relinquendum, dimissis procuratoribus idoneis in Ecclesiis veltres, potestis & tenemini votum peregrinatio- nis implere: & sic potest in usus veltros transire vicelima Ecclesiarum veltrearum Terrae sanctae subsidio deputata.

[a] Ut per vos proficiat terra illius succursui, qui parati estis personas vestras exponere servitio Jesu Christi, praeser- tim cum multi exemplo amulationis laudabilis provocati ad currendum post vos laudabiliter accingantur. Praetati- tur praetium Domini contra gentes. Quae vero liberationi terra illius totis viribus aspiramus. [b] PITH. Haresben. & Bengad. Praepositis. Hares- bariensis & Belgadensis Praepositis. vel, Saverberiensis & Pars II.

Bregadensi Praepositis. vel, Bavellesi & Bracharensi Praepositis. vel, Horesberiensis & Bregadensis Praepositis.

DE STATU MONACHORUM, ET CANONI- CORUM REGULARIUM.

TITULUS XXXV.

I. GREGORIUS Archiepiscopo Neapolis. [c. an. 600. Româ in Campaniam.]

Diaecesanus non debet molestare Monasteria, praeterquam pro causa correctionis: nec eis oblata sibi vindicare.

Theodosius. [Et infra a.] Alicui Monasterio nec tu, nec Presbyteri tui, praeter diligentiam disci- plinae, aliquid molestiae inferatis. Aut si quid illic pro diversorum devotione accesserit, vobis vindicare aeti- metis. Cum Monachis sibi ferventibus debeat proficere, quicquid a fidelibus taliter offerri contingit. [a] Abbas Monasterii S. Martini petitoria nobis insinua- tione suggestit, qua habetur in subditis: In domo quondam Martini ex ejus voluntate decessorem suum Andream Ab- batem, Monasterium, in quo Monachi habitare debeant, construxisse. Et quia id in honorem beati Petri Apostolo- rum Principis, & S. Archangeli postulat dedicari: dilectio- nem tuam praesentibus apicibus duximus adhortandam, qua- tenus ad praed. locum cum postulaverit, ingravante acced- das, veneranda solemnitate dedicationis impendens. Et quoties necesse fuerit, a Presbyteris Ecclesia tua in loco sancto deservientibus celebrentur sacrificia veneranda Missarum, ita ut in eodem. [c] PITH. Gregorius Archiepiscopo Neapolis. V. C. Gregorius II.

II. EX CONCILIO LATERAN. [an. 1179. Româ.]

Monachi non debent poni singuli per Parochias, hoc primò. Si pro Monachatu aliquid detur, receptus a sacris Or- dinibus prohibetur: & recipiens ab officio suspenditur, hoc secundò. Monachus habens peculium sine licentia Abbatis, ad altaris communione removeatur: & sic de- cendat, sepulcrum & Fratrum communione privatur, hoc tertio. Si pecunia confertur pro habendo aliquid officium in Monasterio, dans & recipiens deponitur, hoc quartò. In Prioratus Conventualibus per electionem instituti non sunt remocendi sine causa rationabili. Et de causa rationabili tria ponit exempla. Hoc dicit, comprehen- dendo substantiam. [c] Conc. Lat. sub Alex. III. cap. 10.

Monachi non debent a pretio recipiantur in Monasterio, nec peculium permittantur habere; nec singuli per vil- las & oppida per quascunque Parochiales ponantur Eccle- siae; sed in majori Conventu, aut cum aliquibus Fratribus ma- neant, nec soli inter seculares homines spiritualium hostium consuetum expectent, Salomone dicente: Vae soli, quia cum ceciderit, non est qui sublevet eum. Si quis autem exactus pro sua redemptione aliquid dederit, ad sacros Or- dines non ascendat. Is vero, qui eum receperit, officii suspensione mulctetur. Qui vero peculium habuerit, nisi abba- bate fuerit ei pro injuncta administratione permittum, a com- munionem removeatur altaris; & qui in extremis cum peculio in- ventus fuerit, & dignè non poenituerit, nec oblato pro eo fiat, nec inter Fratres accipiat sepulturam, quod etiam de universis Religiosis praecipimus observari. Abbas autem, qui ista dili- genter non caverit, officii sui jacturam se noverit incur- surum. Prioratus quoque seu obedientiae pretii donatione nulli tradatur; alioquin dantes & accipientes a ministe- rio fiant Ecclesiastico alieni. Priores autem cum in Ecclesiis Conventualibus per electionem Capitulorum suorum cano- nicè fuerint instituti, nisi per manifesta & rationabili causa non mutentur, videlicet si fuerint dilapidatores, si in- continenter vixerint, aut tale aliquid egerint, pro quo amovendi merito videantur, aut si etiam pro necessitate majoris officii de consilio Fratrum fuerint transferendi. [c] PITH. 2. Monachi &c. Matth. Paris. 638.

III. ALEXANDER III. Abbatibus & Conventibus Cisterciensium. [c. an. 1175. Româ.]

Monet Cistercienses ut servent regulam, secundum prima- riam institutionem, hoc dicit primò. Et domus Religiosa aggregata Cisterciensibus, eorum mores servare tenetur. Hoc dicit secundò. [c] Al. ita: ut anteq. sed in Concil. ut est impressum. alid.

Recolentes qualiter haec sancta plantatio: [Et infra a.] Dolentes dicimus, quod est non ab omnibus, neque in omnibus, a plerisque tamen & in pluribus, ab illa sancta in- stituitio dicitur declinata, contra Ordinis veltre regulam patriae institutionis oblit, contra Ordinis veltre regulam villas, Ecclesias, & altaria possident, fidelitates & homi- nia benigne suscipiunt, justitias & tributarias tenent: [Et infra b.] Ideoque precibus & monitis exhortamur, quatenus domus illa quae a prima sui origine in ipso Ordine sunt fun- date, contentis terminis sint contentae: [Et infra c.] Si

[a] Cop. 3. eod. tit. in 11. Compil. [b] In uno ve- tusissimo: ho- minia & onera suscipiunt, &c. In alio 2. 1]